



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

In Festo S. Ioannis ante portam Latinam. Acceßit ad Iesum mater filiorum,
&c. Matth. 20. 1. S. Ioannes an mortuus, disputatur in vtramq[ue] partem.
2. Tenetur affirmatiua, & quomodo intelligendum: ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

IN FESTO S. IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM.

Partitio.

- I. S. Ioannes an mortuus, disputatur in utramque partem.
- II. Teneur affirmatiua, & quomodo intelligendum: non moritur.
- III. Perfectiones in illo conglobatae.
- IV. Prærogatiua singularis recumbentis supra Christi pectus.
- V. Martyrium graphicè descriptum.
- VI. De usu & proprietatibus olei, eiusq; symbola.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi, cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Matth. 20.

FIGVRA.

Gen. 44.

Beniamin omnium Iacobi Patriarchæ filiorum natu minimus, præ cæteris fratribus in Aegyptum frumentandi gratia abeuntibus à Iosepho & bene habitus est, & maiora alijs beneficia & gratiamanisque animi testimonia accepit: quod tum ad oculum paruit, cum in epulo, quo simul omnes exceperit, quinque illi præ alijs fercula apponi iussit, binas vestes dedit, & scyphum aureum in finiti pretij ac valoris ori facci illius indidit. Qui singula hæc paulo secum attentius considerare voluerit, illico iudicabit, omnia rectè quadrare, & ad Ioannis nostri Euangelistæ sortem præsignificandam contigisse. Certum namque est primò, eum inter ceteros Apostolos omnium natu minimum fuisse, & Christo cariorem, qui proinde per excellentiam dictus sit *discipulus quem diligebat Iesus*. In huius amoris testimonium in beatitudinis epulo, quod in cælo instituitur, quinque illi fercula missisque supererogavit, quinque inquam sensuum gloriam, & vestem duplicem, id est, corporis & animi gloriam: quin & scyphum ex auro purissimo, id est, passionis calicem, cum nimirum hodie ante portam Latinam in fer-

uentis olei vas coniectus est, iuxta id, quod de illo prædictum erat, *calicem quidem meum bibetis*. Verus inquam ille Benjamin, de quo prædixerat Dauid, *Ibi Benjamin adulescentulus in mentis excessu*: quod non de Paulo Apostolo, sed de Ioanne Euangelista intelligendum est, qui mirabilis mentis excessus passus est, cum qui super sacrum filij Dei pectus requiesceret, dignus est habitus etiamnum adulescens; haud dum enim passionis Domini tempore vicesimum complebat ætatis annum. Sublimia hic includuntur mysteria, & materia sanè perquam illustris: quam vt pro dignitate vobis exponam, cælestem opem effugio, & ad Spiritum Paraclitum confugio, gratiam vt elargiatur, & meritum concedat; vosque eadem operâ oblector, eodem vt vota vestra dirigatis, quapropter hæc preces mentem quod diligentes, simul omnes Virgiam faciatissimam rogemus, suis vt suffragijs nobis adsit, interim dum Angelica tam salutatione compellabimur.

AVE MARIA.

Magni sanè momenti ac ponderis est inter Doctores & Patres Ecclesiasticos controuersia, Auditores, quæ de Ioannis Euangelistæ morte & mortis genere controuertit consuevit. Cœpit hæc in tum Apostolorum ætate quæstio moueri, & variè discuti: nam in Euan-gelio legere est, *Exijt sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur*. Controuersia vero & disceptatio ab illis Redemptoris Petro de Ioannis amici sui statibusque inquirenti respondens verbis oritur traxit, *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad res*. Ex hisce verbis permulti in eam venere opinionem Patres, quæ Ioannem nondum esse defunctum, sed ad usque filij Dei ad iudicium aduertum, & vitima mundi tempora in yta perman surum, ac tum quidem non cæterorum hominum more expiraturum, sed viuum in cælos subuectum iri gloria sempiterna iam donandum, altruere sicut ausi. Hinc sibi persuadent, haud dum illum expirasse, sed viuum in terrestrem paradysum translatus esse, vt tandem aliquando, tempore Antichristi, cum Elia & Noeh Ecclesie periclitanti opem ferat. Opinionis huius auctor & antesignanus est Theophylactus, qui primus eam & procudit, & calamo propugnauit: ita namque in Ioannem cõmentatus scribit: *Quidã dicunt Ioannem viuere,* & ab

Psal. 67.

I. Quæstio magna de ca morte Ioannis Euangelistæ.

Ioan. 21.

Vnde Patres nonnulli crediderint, seã nem non esse mortuum.

Theophylacti sententia de morte S. Ioannis

*Et ab Antichristo occidendum, cum Elia pradi-
cante Christum.* Aetas Casariensis Archie-
piscopus eandem insisit viam, & illa Apocal.
verba, *Oportet te iterum prophetare gentibus,*
exponens, de suo adiungit, *Ex hoc dicto opinan-
tur multi Ioannem usque ad seculi consumma-
tionem vivere, ac venturum esse circa tempora
Antichristi cum Enoch & Elia.* Suffragatur
his & S Hippolytus martyr, & in eadem abit,
cum in orat. de seculi consumm. in 5 Biblioth.
SS. Patrum tomum relata hæc in aciem pro
hac sententia verba producit: *Prior aduentus
Domini præcursorem habuit Ioannem Bap-
tistam, posterior autem Enoch, Eliam, & Ioan-
nem Theologum exhibebit.*

In cap. 10.
Apoc.

Orat. de
consum. sa-
culi.

In vita S.
Ioan.

Orat. de
transfig.

Simeon Metaphrastes, & B. Ioannes Dama-
scenus pedibus in eandem sententiam cõ-
cedunt, & causam eandem timent: primus
ait, *Ioannes Enoch & Elia coniugitur,* & eodẽ
sensu Damascenus, *Ioannes usque ad aduen-
tum Christi expertus omnino mortis persistiturus
est.* Catharinus & plures alij doctrina & nomi-
ne illustres Doctores tam Latini quam Græci
eamdem etiam sequuntur & exofculantur sen-
tentiam.

1.
Rationes
quibus pro-
betur Ioan-
nem non-
dum esse
mortuum.

Doctrina verò hæc non solis nudisque do-
ctissimorum in utraque lingua scriptorum
auctoritatibus & verbis nititur, sed validis et-
iam prægnantibusque & quidem plurimis
confirmatur rationibus, à quibus undiquaque
fulcitur & redditur aliquatenus probabilis.
Prima, quæ ipsi tangit fundamentum, est,
quòd hoc ipsum verba Christi proprie innue-
re videantur, *Sic eum volo manere, donec ve-
niam:* quorum is est sensus, si eum volo ma-
nere mortis expertem, donec ad mundum ve-
niam dijudicandum.

2.
Nemo S.
Ioannem
mortuum,
ossa, vel
eius cine-
res vidit.

Secunda instat acrius, & omnes aduersario-
rum obiectiones vno umbone discit & pro-
sternit, Nemo scilicet Ioannem aut mortuum
vidit, aut eius ossa vel reliquias, nemo hæc
eius reperit sepulchrum, nemo cineres,
nullus etiam adduci historicus vel testis po-
test, qui eum scribat defunctum, aut aliorum
mortalium adinstar exspirasse. vnde conijcia-
mus & efficimus oportet, Ioannem adhuc in
vitis agere, & in paradysum terrestrem esse
translatum.

3.

Tertia non minus est violenta. Certum est
& indubitatum, Antichristo omnes Ecclesie

vires oppositum iri, & omnes eius status ad-
uersus eum depugnatos: Enoch legis natura
status partes aget, Elias pro statu legis Mosai-
cæ decetabit: a quissimum igitur sanè est, vt
& pro statu Euangelico, & Iesu Christi, & lege
gratiæ aliquis exsurgat: qui cum ceteris sit no-
bilior, omnesque perfectione & excellentia
antececellaratio ipsa deposcere videtur, vt ge-
nerosissimum & maxime strenuum quem ha-
buit pugilem, emittat, dilectissimum inquam
Iesu Christo discipulum, eius honoris perquã
studiosum, & cultui illius addictissimum. Ob
hanc forsitan causam magnæ & illustres illi,
quoad Antichristi statum & tyrannidem, re-
velationes in Apocalypsi factæ sunt.

Enoch,
Elias & S.
Ioannes in
fine seculi
venient ad
Antichri-
sto resiscen-
dum.

4.
Apoc. 10.

Quarta, ab ipsa S. Scriptura parte irumpit,
& alterius partis propugnatores acerrimè im-
petit. Ioanni siquidem in Apocalypsi ab an-
gelo dictum est: *Oportet te iterum prophetare
gentibus & populis, & linguis, & regibus mul-
tis.* Hæc portò à Ioanne nondum factum vi-
detur, Ephelo enim non discessit, & vix alias
adit nationes remotiores, aut linguas exoti-
cas, aut populos incognitos, præterquam Græ-
cos, verisimile ergo videatur, in sæculorum id
sine fore vt contingat.

5.

Quinta non minus damnum infert: Pro-
misi scilicet Apostolis Redemptor, per pœnas
illos, tormenta, tribulationes & aduersa in
cœlum ascensuros. quid verò causæ fuit, quæ
ratio, ob quam discipulo sibi carissimo hono-
rem hunc eximium, & tam illustrem gratiam
negaret? cur Dominus Ioanni non concessit,
quòd tanto ille desiderio exoptabat? Creden. S. Ioannes
dum ergo, nondum cum mortis tela sensisset, sub Anti-
quòd in Antichristi persecutione cum Elia & christo
Enoch martyrii sit laurea coronandus; atque martyr fu-
ita votis eius fiet factis, & Saluatoris promissa
fidem habebunt, dicentis: *Calicem quidem
meum bibetis.*

S. Ioannes

6.

Sexta ferit hostem cominus, & vt se extricet
negotium facessit. Ait ergo, Missus est Ioan-
nes in seruens & bulliens oleum: car ergo tunc
eum mori minimè Deus permisit, & eo in cru-
ciatu vitam finire? cur tanto eum miraculo in
vita conseruauit superstitem? nisi vt superui-
ueret, quò tandem moreretur mundo vniuer-
so moriente. Videtur certè id innuere Christi
verba, *Sic eum volo manere in vita, donec ve-
niam,* ac deinde non fecit atq; alij emortetur.

Dicentium Ratioibus hifce ritè, & vt oportet, confide-
 Ioannem raris, dicendum est, opinionem hanc non esse
 nondū esse omnino rejciendam, nec planè absurdam.
 mortuum. Licet enim argumentis hifce respondere, ra-
 tiones euertere, & confutare liceat; omnibus
 satis proba- tamen rectè libratis, & rationibus vnà cum
 bilis est o- auctoribus & scriptoribus examinatis mentem
 pinio. ipsa propem. dam in partes suas coguat de-
 scendere, & victoriam concedere.

¶ II.
 Vera opi-
 nio Ioan-
 nem esse
 mortuum.

Communiortamen ac vero consentiētiōr
 opinio est, Ioannem verè esse vi reliqui Apo-
 stoli, mortuum. atq; hæc etiam à validis patro-
 nis defenditur, & veritas ipsa generosos ac
 strenuos, qui pro se decertent, pugiles habet.
 Primus qui eā propugnauit & docuit, magnus
 fuit Hieronym. qui in tract. de Script. Ecclesia-
 sticis planè & apertè hæc de Ioanne scribit,
*Confectus senio Ioannes, sexagesimo octauo post
 passionem Domini anno mortuus est. quid affec-
 ri lucidius & manifestius queat?*

Sequitur hunc veteranus & celebris quidam
 miles, Polycrates nomine, quem in historia
 sua Ecclesiastica mirificè celebrat & ex olli
 Eusebius, apud quem hoc loquitur modo. *To-
 aines, inquit, qui supra petrus Domini recu-
 buit, Ephesi vrb. Græ. iæ moritur.*

Lib. 3. Eccl.
 hist. c. 31.
 Lib. de ani-
 mac 50.

At hæc etiam partes accedit Tertullianus;
 lib. de anima enim hoc habet, *Obijt Ioannes,
 quem in aduentum Domini remanurum fru-
 stra fuerat spes. cuius auctoritas scriptoris a-
 lenæ sententiæ assertores in fide percellit.*

Serm. 149.
 de temp.

S Augustinus Aler, & præclarus Ecclesiæ
 Doctor ipsidem adhaerit, & pugnam itidem ini-
 ens, & causæ caput, verba inquam ista Domi-
 ni, sic eum volo manere & nec veniā, excutiens,
 eo illa modo exponit, *sine vulnere, sine crucia-
 tu dormiat, & exspectet me* qui deinde se ipse
 rursus interpretatur, *hoc est, sic volo eum ma-
 nere, & mori sine martyrij cruciatu, nolo me
 sequatur per crucem, tu me sequere.*

Glossa ordinata, Haymo, Ven. Beda in homi-
 lia, quam d. S. Ioanne scripsit, suffragantur:
 quorum vltimus Ioannē ait in fossam quam-
 dam profundam, in sepulchrum paratam viuū
 descendisse, atq; ibidem sine vllō cruciatu, post
 effusas ad Deum preces, omnis expertem do-
 loris, Patribus suis appositum & aggregatum
 esse. S. Epiphanius vero & Dorotheus, magni
 vterq; nominis, auxiliarias adferentes copias,
 eadem sententiā.

Epiph. he-
 res. 79.
 Dorothe. in
 Synopsi.

Præter veterum Patrum declarationes, au-
 thoritates, decreta & verba, sunt & rationes
 quædam fundamentales, quæ ad causæ huius
 confirmationem mirificè faciunt, & ei victoriā
 propè conflagrant ac palmam: quas ordine hic
 depromam. Prima in ipsis Scripturæ verbis
 fundata est, fundamentum ipsum propugnat,
 ac nulla ratione credi posse ait, Ioannem ad-
 hæc superstitem viuere, quod ips. Euangelista
 obscuriora Christi verba, ob quæ minime mor-
 titurus cred- batur, explicans subne- cat, *Non
 dixit ei Iesus, non moritur: quæ expositio non
 aliò respicit, quam vt illam de Ioanne non
 morituro opinionem Apostolorum mentibus
 insidentem tolleret, eumq; verè adinstar alio-
 rum moriturum adstueret.*

Rationes
 ad proban-
 dum Ioan-
 nē verè esse
 mortuum.

Secunda validius procedit, secumque om-
 nes Ecclesiæ vires trahit eoque ipsa sufficit
 ad inimicorum aciem solutendam p. lnamq;
 reportandam Totius, inquit, Ecclesiæ, quæ er-
 rare nequit, & veritatis tribunal & colūna est,
 ea est sententia, opinio, & fides. Indubitanter
 siquidem illa credit, Ioannem mortuum esse:
 ac propterea festum eius annuū celebritate re-
 colit, intercessionem eius efflagrat ac suffra-
 gia: quem ipsa honorem non nisi iam mu- do
 egressus, cælo regnantibus, beatus, & gloria
 fruētibus sanctis exhibet. At si Ioannes n. or-
 tuus non esset, in mundo sanè adhuc ageret,
 nondum beatus foret, nec p. onde in sancto-
 rum catalogum referendus: atque hinc seque-
 retur, Ecclesiā hoc facto errare, falli, decipi,
 festo instituto eum sanctum velut mortuum,
 cæloque receptum recolendo & inuocando,
 qui etiamnum superstes foret.

2.
 Ecclesia
 vniuersa
 Ioannem
 mortuum
 credit, cum
 festum eius
 celebret.

Tertia vltimum quoddam hostile subuertere
 nititur, falsitatisque conuincit argumentum
 illud, quo aduersariorum vires potissimum
 niti videbantur, quo n. minem Ioannis vidisse
 reliquias asserbant. docet ipsa de contratio, &
 ostendere se paratam ait. in cæcumenico illo
 Ecclesiæ Concilio, Ephesi celebrato, clarè Io-
 annis reliquiarum mentionem fieri: verba
 eius hæc depromit: *Sacras sanctorum trium-
 phatorumq; martyrum, maxime verò beatis-
 mi Ioannis Theologi, atque Euangelistæ reli-
 quias videndi, easdemq; complectendi desiderio
 flagrantibus.* Si testimonium hoc ad causæ
 probationem satis non esse putaret, proferret
 & aliud è 2. tomo Conciliorum depromptum,
 quo

3.
 Tom. 3.
 Concilio.
 Mentio re-
 liquiarum
 S. Ioannis.

quo Cælestinus Papa in Epistola ad Synodum Ephesi collectam P. tribus hoc modo scribit: *Ioannem reliquias præsentis honoratis*. Reliquias porro non nisi mortuorum ac defunctorum sunt cum ergo Pontifices & Concilia generalia de S. Ioannis reliquijs loquatur, eum mortuum esse necessarium est, aut certe erroris nostra coargui fides possit.

S. Ioannes Chryllostomus hanc rationem etiam confirmat, veritati que auxiliatur, & Euangelista huius mortem, reliquias, ac sepulcrum negantes, erroris conuincens, vno omnes telo perit: *Apostolorum*, inquit, *plurimorum ossa nescimus ubi iaceant*, mox verò addit, *Petri & Pauli quidem, Ioannis & Thomæ manifesta sunt sepulchra*. quæ sanè argumenta valida sunt, & hostium aciem facile cœcursura.

Exploratissimum ergo est, & certissimò credendum, Ioannem verè mortuum esse, vt plurimorum testimonio auctorum, præter illos, quos iamã producti, cõstat, ac post mortè illud eum resuscitatum cum corpore virginali viuentem cœlos perisse. Testem & prædem habeo Petrum Damianum Cardinalem ita dissentem: *Pium*, inquit, *est arbitrari, vt sicus de beatã Dei genitrice creditur, ita Ioannem iam resurrexisse*. Eadem est opinionis Nicephorus, B. iudorus item in Etymologijs, S. Thomas in 4. sententiarum, Albertus Magnus, & alij plures.

Et sanè rationi consentaneum & planè credibile est, Christum Dominum eodiscipulum suum carissimum fauore esse profectum, quo non alios. Adhæc verisimile sit, corpus eius ita purum & integrum, & a terrena corruptione immune conseruatum esse, vt hodie ab igne illæsum eum Dominus & ab oleo feruente ante portam Latinam Romæ tutatus est. Miraculosa hæc prærogatiua est, quam vniuersa Ecclesia admittatur, & festo indito celebrat, in Euangelium nobis illa cõsignans verba: *Potestis calicem bibere*: in quæ duo hodierna in concione adferam, primum Ioannis tanget laudes, secundum eius martyrium causaque festi proficquetur.

III. Primum igitur, quicumque magni huius Ioannis panegyricam ac præconem agere, eiusque diuitias, merita, gratias, virtutes, & spirituales thesauros in laudum illius theatro proponere voluerit, is sibi mare ebibendum,

terram omnem dimetiendam, stellas numerandas, & circuli quadraturam inueniendam credat. Ad dignè siquidem de tam præstantis Perfectio-viri præstantia loquendum, Ciceronis verbes Ioannis bis, Demosthenis eloquentia, Plutarchi memoria, Homerij iudicio, Aristotelis doctrina, rationes Platonis genio, & ingenio Angelorum opus humanas esset: nam sanctissimi viri huius laudes & præsuperant. contra omne humanum superant ingenium, & terrenis minimè dignantur laudibus enarrari.

Equidem dum eadem admiraturus ob oculos pono, videre mihi videor Angelum ob puritatem, Prophetam ob reuelationes, Apostolum ob electionem, Euangelistam ob historiam, martyrem ob passionem, doctorem ob documenta & præcepta, confessorem ob exilium, hominem deniq; perfectum, sanctissimũ, & omni rebus ac numeris absolutum; videre inquam mihi videor simile illi, de quo apud Ecclesiasticum legimus: *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione*. Vitum deniq; admirabilem, maximis præ reliquis hominum prærogatiuis donatum.

Ipsemet quas cœlitus receperat gratias & prærogatiuis recensens, tria sibi soli privilegia collata refert potissimum. Primum, quod Christo carus fuerit & acceptus: *Quem diligebat Iesus*. Secundum, quod supra pectus Domini in cœca vltima recubuerit. Tertium, quod arcana eius sciscitari sit ausus dicens: *Domina quis est quis te trahiturus est*: quod ceteri Apostoli minime petere ausi sunt.

Antequam porro de prima prærogatiua, in amore, quo eum Christus profectus est, sita plura dicam, non possum quin summam Ioannis modestiam, & profundam eius humilitatè demirer, qui dum de magno hoc fauore, & singulari Christi erga se gratia, qua se amore quodam intimo, & non, quo alios, cõmuni, sed maiori quàm alios Apostolos profectebatur, loqueretur, duntaxat, simpliciter ait, *quem diligebat Iesus*, alia non addendo, ne se alijs cõferendo, ne fortè animus laudum habitu turgidus insoleceret, atque alios hoc nomine præ se contemneret. Humilitatis se amor simplicius magnitudinè & exaltationi contrarius, impedimento fuit, quo minus diceret, quod reuera tamen dicere potuisset, *quem præ ceteris diligebat Iesus*. Hoc enim postea eum nomine Patris

S. Ioannes in omnibus perfectus.

Eccl. 45.

Tria privilegia Ioanni concessa, quæ ipsemet recenset.

Insignis Ioannis modestia & humilitas.

utcs

Concil. Ephes. tom. 2. c. 14.

S. Ioannes mortuus est & deinde resuscitatus.

Serm. 2. de S. Ioanne. Lib. 1. hist. c. 35. 4. dist. 9. 43. art. 3.

tres omnes affecere, & hoc in eum præconium effuderunt.

S. August. in primis, in Ioan. commentatus, hac eum laude donat: *Ipse est Ioannes, qui inter omnes discipulos super pectus Domini discumbat, & quem Dominus, charitatem debens omnibus, tamen præ cæteris diligebat.* Idem habet & Euthym. Ioannem, inquit, diligebat Iesus, plus videlicet cæteris, ut qui plus diligere dignus

Euthym. in erat. Sequitur & Theophyl. & iisdem propè verbis, Ioannes præ cæteris alijs diligebatur ma-

Hom. 17. in xime. non aliter Chrylost. *Et alij amabantur,*

Ioan. sed Ioannes præcipue. Patribus Græcis suffragatur & doctor Angelicus D. Thom. suamque

Ioan. 21. afferens symbolam ait: *Christus speciali dilectione præ cæteris Ioannem dilexit.*

Christo Io- Et sanè Ioannem maiori Dei filius, quam reliquos est Apostolorum amore prosecutus, maiori etiam quam ipsum Petrum; maiora enim & euidentiora ac plura amoris illi signa exhibuit, quam Petro. Quenam verò amoris huius causa? Triplicem assignat D. Thomas. primo adscribit eum integræ & sinceræ animi corporisque puritati, vixit qui virgo electus tota vita virginitatem coluit. eandem causam adfert & D. Hieron. & Euthym. qui quidem Ioannem puritatis conseruandæ ita ab adolescentia studiosum fuisse asserunt, nullam vel minimam, qua pollueretur, cogitationem in animum aut mentem admisit. Secunda

D. Thom. in intima dilectionis causa fuit doctrinæ eius sublimitas & sapientiæ magnitudo, quòd mirum ad secretorum diuinorum cognitionem alius euoluit, & in mysteriorum adyta penitus alijs omnibus penetravit. Tertia vehementer eius erga Redemptorem Iesum amor & affectus; ex toto namque eum corde & amore incredibili complectebatur.

In Ioan. Alias alij causas allegant. S. Ioannes Chryostomus eximitæ eius humilitati hoc attribuit, quam nempe iam tum, ex quo ad dextram sedere in regno Christi cupiens ab eo correptus est, omnem ambitionem exuens, colere cepit. Adducit & alias, & morum dulcedinè, simplicitatem, innocentiamque vitæ, quæ in eo relucebat, amoris fuisse incentiuum vult. D. Thomas tribus suis causis & hanc quartam addit, ob iuuentutem scilicet & ætatem imbecilem. Quidquid denique in causa fuerit, suis ille discipulus quem diligebat Iesus.

In Ioan. 12.

Iesu ergo carus erat, quòd mundo & puro esset corde, & virgo: quin in Apocalypsi sua scribit, eos qui cum mulieribus non sunt coinquinati, nec impuros consecrati sunt amores, sed virginalem candorem integritatemque in uiolatam conseruauerunt, Agnum sequi quocumque ierit, & ab Agno amatos ab eius latere numquam discedere. Deinde in Sapiente scriptum est: *In corruptionem facere proximum Deo: atque ut impudicitia & lubricitas animas a Deo elongat & reuocat, ita vitæ integritatem & puritatem ad eum deducere.* Hæc scilicet incorruptio, virginitas inquam, Ioannem nostrum Christo ita vicinam ac propinquam reddidit, ut super sanctum pectus eum recumbere fecerit, suoque amore præ reliquis Apostolis dignum reddiderit.

Illustre inter omnia Salomonis Prouerbia & proposito quadrans, illud est, *Qui diligit munditiam, habebit amicum regem.* quod in sancto hoc Euangelista locum habet, cum enim in corde mundo conseruando operam maximam collocasset, & puritatis virginalis custodiendæ perstudiosus esset, Iesum Regem Regum; & totius orbis monarcham in amicum habuit.

Tobias ille sapiens, non vana quadam ostentatione, sed potius ex humilitate & informam gratiarum actionis ob beneficia accepta, cordis sui puritatem Deo confitens in gnailli cum sinceritate ait: *Tu scis quia mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.* Erant hæc verba in ore sanctissimi viri pulchra, sed Ioannis nostri in ore maiorem longè gratiam habent: nam & Tobiam reliquos omnes puritate & integritate superans, verè coram Deo & hominibus dicere potest, semper se virginem permanisisse, animamque ab omni concupiscentia immunem & liberam seruasse, non à concupiscentia dumtaxat, sed etiam ab omni lubrica & lasciuia cogitatione, idque toto vitæ tempore. Hinc & factus est discipulus quem diligebat Iesus.

In huius amoris testimonium cum cruce affixus esset Christus, suam illi matrem credit, eiusque quasi tutorem creauit. Tutelæ commisit hæc sunt verba: *Fili, ecce mater tua, non ait, seruo, sed, fili, nec, ecce domina, sed, ecce mater tua.* quorum singula honorem & magna amicitie familiaritatisque includunt indicia. in

cia. in qua verba S. Ambrosius hanc meditationem concinnat: *Auctor humani generis in cruce pendens pietatis officia distribuebat, per sessionem Apostolis, pacem discipulis, corpus Iudaei patri spiritum, Virgini paranympum, latroni paradysum, peccatoribus infernum, Christianis poenitentibus veniam legauit.* Quid dici elegantius digniusque potest? an non haec omnium, quae Redemptor possidebat, egregia distributio & partitio, & testamentum & legata in iudicia? S. Ioannes verò inter intimos haud dubie referendus, utpote cui mater legata dilectissima.

Quomodo in cruce Christus sua dispersit sit.

Gen. 48.

Iacobi in filium suum Iosephum affectus.

Iudic. 5.

Insignis allegoria.

Patriarcha Iacob morti se proximum videns singularem quo Ioseph filium suum amore prolequebatur, & sen per quoad vixisset profecutus erat, manifestaturus, pauculis his ei verbis portio nem praeter alios fratribus legauit dicens: *En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram vestram, do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.* Ita omnium Patriarcharum pater Iesus iam in cruce animam exhalaturus, immensum suum erga Ioannem discipulum amorem & affectum declaraturus, in signe illi donarium legauit, & donarium omnium præstantissimum, matrem inquam suam sanctissimam, quam crucis & passionis suae arcu & gladio ab Amorrhæi, id est, peccati ac diaboli manu tulerat, dicens: *Ecce mater tua.*

Venit hic mihi in mentem eius, quod olim in libro Iudicum legere memini. Sisara cum diuitis domo abesset, & moram veniendi nesciret, mater eius moram hanc & absentiam agere ferebat, ac non mediocri dolore consistebatur: porro vna vxorum eius socram his est verbis allocuta: *Forstā nunc diuidit spolia, & pulcherrima foeminarum eligitur ei.* Certè in arbore crucis Christus velut alter Sisara manubias & spolia dispersit est, ac de omnibus quae possidebat legata disposuit, animam Patri, Ecclesiam Petro, matrem gloriosam Ioanni Euangelistae legans, quae omnium erat pulcherrimū pulcherrima, & inter omnes, quas vlla saecula viderunt, foeminas perfectissima. iuxta illa elogia, quae illi in Canticis dat sponfus dicens: *Tota pulchra es amica mea.* Atque haec facta sunt, ut hinc manifestū fieret, Ioannem fuisse discipulum quem diligebat Iesus.

Deff. de Sanctis.

Hoc Ioannes ipse velut honorificum de S. Ioannes prædicat, & sibi beatam est sortem gratulatus, idque non iactabundi aut ostentantis cuiusdam in morem, neque enim obsequia, quae Christo detulit, nec amorem, quem antè ostenderat, recenset, cum tamen libere asserere possit, omnia se, patrem, matrem, nauem, retia, & quidquid in mundo possidebat, idque in flore ætatis deseruisse: sed gratias duntaxat ac beneficia recepta commemorat. in quo suam testatus est gratitudinem & perpetuam beneficiorum recordationem, & ut sanctus & virtutum in laudo ex cultus & eruditus recepta coelitus beneficia duntaxat recolat, non verò quae ipse vicissim impendit obsequia, quorum illud humilitatem, hoc è contra superbiam redolet.

S. Ioannes commemorat quae recepit beneficia, & non obsequia quae præstitit.

Et est sanè sanctissimum quoddam exercitium diuina beneficia semper ante oculos, in mente, corde & ore habere: ante oculos quidem ad eadem perpendenda, in mente ad eadem euoluenda, in ore ad eadem celebranda, in corde ad assidue de iisdem cogitandum. Hoc ut faceret, sponsae ac dilectae suae suadebat castus ille sponsus, cum poni se volebat, ut amoris notam super cor, & velut signaculum super brachium. Brachium portò operum est instrumentum & organum, cor verò cogitationum officina. Deum autem verum animarum nostrarum sponsum in corde & brachijs gestare nihil est aliud, quam beneficiorum eius recordari, & eadem in memoria recenti semper habere: quae planè Christiana sunt exercitia, eoque desiderabilia, quò diuini in nobis amoris incendium magis excitant, & cor ad gratias illi agendas magis ac potentius succendunt.

Sanctum est exercitium, saepe diuina beneficia recolorere.

Cant. 8.

In huius rei figuram in Leuitico iussit Deus, ut ignis in altari holocaustorum semper arderet, quem subiecto ligno & fomite mane ac vespere sacerdotes semper alerent: *Ignis, inquit, in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies: ignis est iste perpetuus, qui numquam deficiet in altari.* Designare hoc praecipio mylticè vorum benedictio occupari oportet, exercitijs, esse operam dare, ut diuini amoris æstus & ignis incessanter ardeat, & in cordis sui altari perpetuus sit, quod amoris tidieque ligna & alimenta, beneficia inquam recepta, subijcere, quae verus amoris huius

Leuit. 6.

Diuino amoris benedictio occupari oportet, exercitijs, esse operam dare, ut diuini amoris æstus & ignis incessanter ardeat, & in cordis sui altari perpetuus sit, quod amoris tidieque ligna & alimenta, beneficia inquam recepta, subijcere, quae verus amoris huius

D d

sunt fomes & nutrimentum, que non quoti- die d' intaxat, sed ad singulas horas & momenta, memoria recolenda sunt

Hoc vitam ritu instituebat Plalmista, utq; sua nobis exercitia patefaceret, cum dixisset:

Psalm. 39.

Memoria beneficioru celestium sunt nutrimenta igne diuinum souentia.

Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? mox subiungit: In meditatione mea exardescit ignis Id est, ut & qualiter beneficia, que a Deo meo recepi, animo voluo, ita & non aliter sancti amoris eius ignis in animo meo accendetur. Et sane frequens beneficioru celestium recordatio veri sunt folles, aut potius viui quidam fomites in cordibus nostris diuinum hunc ignem, & amorem ignitum, quamdiu in hoc mundo agimus, succendentes, Deumque simul inuitant, ut cum gaudio nobis benefaciat. Res huius praxim idem ipse rex alio in Plalmo docet dicens: *Ego autem semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam:* quasi dicit: *Quandoquidem, Deus meus, meditatio mihi adeo est velis tantaq; pariat commoda, semper omnem in te spem meam conijciam, & noua a dextra tua beneficia expectabo, te semper prout poteram celebrans ob ea, que iam recepi, quorum nunquam me capiet obliuio.*

Psalm. 71.

Et sane solenne semper viris sanctissimis fuit, diuinorum assiduo beneficiorum recordari, eademque in corde & ore nunquam non habere. Exemplo nobis sit Iacob, qui Esau fratri suo factus obuiam, post viginti prope annorum absentiam, cum in is de rerum suarum statu & prolium numero preceataretur, ac num comites omnes itineris ad ipsum spectarent dicens: *Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineant: Placide & singulari cum modestia respōdit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo deinde fratrem rogās, ut quæ de bonis suis illi elargiretur munera, admittere ne grauareretur, quam potuit humanissime eadem obtulit dicens: Suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Videte quæso, ut pius ille vir omnia ad Deum referat, piusque eius diuinorum beneficiorum, recensendorum morem admiramini*

Gen. 38.

Veterum pia consuetudo, beneficiorum diuinorum semper meminisse.

Profanus verò Esau, ut alterius erat indolis, alio etiam est modo locutus, & velut ingratus, gratitudinē nec benefactorem agnosceus Deum hac inmundano-grati animi testes verba protulit: *Habeo pluri-*

Esau ingratitudo in-

ma frater mi, sint tua tibi quasi diceret: Diuini gratijs te aut æquo aut supero: quare de me noli sentans. esse sollicitus, tuas tibi diuitias habe. Videte ut locutus sit: adeo enim cum fratre non dicit, Deus mihi plurima dedit, nec Deum ut Dominum aut benefactorem suum, omniumque auctorem ac datorem agnouit, ut ne corde quidem eius & animo sit recordatus, aut lingua ei gratias egerit, & in laudes eius proruperit, sed velut ingratus & oblitus, sibi omnia adscripserit. In quo summam ipse mundanorum ingratitudinem, Iacob verò piam piorum consuetudinem repræsentat, qui recepta beneficia & gratias nunquam non animo memori recoluit, ut & hodie Ioannes nosser, dum honorem, quo a seruatore lesu afficiebatur, celebrat & extollit, dicens: *Discipulus quem diligebat Iesus.*

ma frater mi, sint tua tibi quasi diceret: Diuini gratijs te aut æquo aut supero: quare de me noli sentans. esse sollicitus, tuas tibi diuitias habe. Videte ut locutus sit: adeo enim cum fratre non dicit, Deus mihi plurima dedit, nec Deum ut Dominum aut benefactorem suum, omniumque auctorem ac datorem agnouit, ut ne corde quidem eius & animo sit recordatus, aut lingua ei gratias egerit, & in laudes eius proruperit, sed velut ingratus & oblitus, sibi omnia adscripserit. In quo summam ipse mundanorum ingratitudinem, Iacob verò piam piorum consuetudinem repræsentat, qui recepta beneficia & gratias nunquam non animo memori recoluit, ut & hodie Ioannes nosser, dum honorem, quo a seruatore lesu afficiebatur, celebrat & extollit, dicens: *Discipulus quem diligebat Iesus.*

Ioseph Patriarcha, qui octoginta & amplius annorum spatio tanta cum prudentiæ sapientiæq; laude Aegyp̄o præfuit, piam hanc sanctamq; seruatorum Dei ac præsertim patris sui consuetudinem animo imprefferat, fratribus namque vniuersam vitam feriem, & lætam sortem suam recensens ait paucis: *Deus me fecit dominum vniuersæ domus Pharaonis, ac principem in omni terra Aegyp̄i.* Non ait autem, Ad hunc me honorum apicem Pharaeo euegit, aut tam mihi fortuna propitia fuit, vel prudentia, sapientia ingeniove hanc mihi ipse dignitatem comparauit (ita enim mundanus aliquis loqueretur) sed absolute simplicitate ait, a Deo bonum hoc obtinui, is me fecit eum qui sum: illi soli omnem sortem ac fortunas meas d' beo. hanc Ioannes nosser imitatus dicit: *Discipulus quem diligebat Iesus.*

Dauid rex, si quis vnquam, pius & iustus, sanctam hanc seruans consuetudinem, nō satis habebat, sæpe beneficiorum cœlitus acceptorum reminisci, de que ijs frequentem sermonem instituit; verum etiam ea ipsa exaggerando, omnes se um ad ea agnoscenda & simul ad se in gratijs ob eadem iam cognita suppliciter & cum laude agendis iuuandum creaturas inuitabat: *Venite, inquit, audite, & narrabo vobis omnes qui timentis Deum, quanta fecit anima mea, quantum debeam Deo, quas mihi gratias contulerit; sed ea conditione & pacto, ut calamos mihi & voces mu-*

Gen. 41.

Iosephi gratitudo ob recepta a Deo beneficia.

Dauid o- nes inuita vt secum gratias agant pro recep- tis a Deo gra- tijs.

rud' detis, quibus ei summa animi demissione gratas persoluit, & eius decantem precationem. Imitare sanctos hosce viros anima mea in assidua beneficiorum à Deo tuo acceptorum recordatione: & orbem vniuersum, vt tecum ex intimo corde & affectu gratias agat, inuita, itaque vitium ingratiudinis fugias.

Gen. 24. Rebecca prudens illa ac sapiens puella, vt in Genesi scribitur, acceptas à sponso suo Isaac velut matrimonij arrhas per nuntium in aures, armillas, aliaque cimelia parentibus & consanguineis omnibus ostendit, vt illius hoc pacto magnitudinem & diuitias testatas faceret, quæ dona alia quædam imprudens & arrogans puella domi arcæ inclussisset, ea ipsa nemini non exhibuit spectanda. Ita quoque sancti ac pii erga Deum verum animarum suarum sponsum se gerunt: statim enim ac meritum, virtutem, gratiam quampiam, quæ celestia reuera sunt monilia, & spirituales diuitiæ, magnique ea pretij & vera immensæ Dei erga se dilectionis argumenta recipiunt, omnibus ea manifestant, & patefaciunt, nullo non momento de iisdem loquuntur, ac datorum assiduo deprecantur, vt hoc pacto bonitatis illius magnitudinem, liberalitatis excessum, misericordiæ fundum per omnium ora diuulgent, & honoris illius ac gloriæ famam latius proferant.

Esai. 6. Legisse olim in historia Esther memini (si ritè recordor) Asturum Regem prudentia & sapientia, si quis vnquam illustrem, in somnes sæpe noctes integras veterum historiarum monumenta, & prisca annales lectitando duxisse: relata porro in eos erant quæcumque ex quo ad regnum euectus erat ab aliquo vnquam beneficia ac beneuolentiæ argumenta receperat. Et sanè prudenter admodum, vt nimirum per hæc ipsa monumenta eorum inquirens nomina, quibus ob recepta beneficia obstrictus erat, post patrem ijs referret gratiam, & reciprocam beneuolentiam rependeret. Principis huius exemplo Christianos omnes insomnes traducere noctes oporteret, nec oculos in somnum declinare, quo nimirum vel ingens sacræ scripturæ volumen, in quod quicquid ab orbe condito contigit relatum est, euoluerent, vel vitæ suæ librum, quo continetur quicquid no-

bis accidit, ex quo in terra viuere cœpimus, vt in vitroque legentes beneficia quæ à Deo suscepimus, & quam multis ob eadem illi nominibus obstricti simus, illico ad ei gratias agendas accingamur, ac gratos nos omnigenorum obsequiorum delatione præbeamus.

Erubescant ad hoc exemplum Christiani, adeo erga Deum benefactorem suum ingrati & immemores. Videant vt Ioannes noster, quò gratiæ à Iesu Christo magistro suo acceptæ melius recordaretur, atque inde eius laudandi occasionem haberet, suum commutet nomen, nec Ioannem, nec Apostolum, nec Euangelistam, nec Prophetam, nec martyrem (qui tamen merito in ipsum tituli quadra- bant) se nominet, sed *discipulum* duntaxat quem diligebat Iesus.

Pium hoc Ioannis factum alterius propè *Gen. 41.* similis, quò in Genesi legitur, & Iosepho Patriarchæ, contigit mihi memoriam reuocet. Hic enim cum duos à Deo filios accepisset, natu maiorem Manassis donauit nomine, di-

cens: *Obluisci me fecit Deus omnium laborum meorum.* Minorem vero Ephraim, dicens tur- sus: *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Opium sanctum quæ vitum! ô animam generosum & illustrem! ô insignem sancti huius viri gratitudinem! cui satis non est ob malorum oblationem & honorum susceptionem Deo gratias agere, sed filijs quoque suis nomina imponit, beneficij recepti significationem includentia, vt animæ id suæ semper infixum in sculptumque permaneret; vtque eadem opera filij sui huic donati nominibus, vnâ cum patre ad gratitudinem declarandam, gratiasque datorum persoluerentur. Ita & Ioannes noster vt diuinorum benefactorum memoria immortaliter illi inhaereret, nomen proprium assumere non vult, & aliud sibi longè dignius imponit, nimirum *discipulus quem diligebat Iesus.*

Et sanè ita eum diligebat, vt in singulari fuit data & extraordinariæ cuiusdam dilectionis sig- num illi caput super sacrum pectus reclinatum super Chri- ste permitteret: qui sanè honor nemini pectus præterquam illi concessus aut collatus. San- ctus Ioannes Baptista veritus est vel manu cumberet, Redemptoris caput tangere; sanctus Thomas *Luc. 2.*

Ioan. 20. digitum lateri vel admouens prae reuerentia quadam sacra exclamat, sancta Maria Magdalena tremebunda & gemebunda pedes eius tangere perhorrescit; hic vero discipulus cum illo quodammodo ludit, ad libitum de eo statuit, & familiariter admodum super facrum eius pectus recumbit.

Exod. 33. Moyses, eth summus legislator, Dei videre quidem faciem voluit, sed sola posteriora cernere illi datum fuit. Isaias; & Ezechiel in omnibus suis reuelationibus semper eum non nisi in throno confidentem conspexere. Abraham etsi pater fidei & fidelium omnium caput, in Angeli cū specie solū vidit, Iacob scalam tantum iunxum, Daniel quamuis superis gratissimus, non nisi candido lino indutum: Ioannes autem suis eum conspexit oculis, in natura agnouit, in diuinitatem eius penetrauit, & sacro pectori eius caput apposuit, è quo mille arcana, scientiarum illada, & infinitos mirabilia thesauros deprompsit. Rei huiusce testis habeo omnem propè veterum Patrum cœtum. Origenem inter primos, qui suis in Cantica homilijs his de iplo verbis loquitur:

Ezech. 1.

Homil. 1. in Cant. In his certum est, quod Ioannes in principali cordis Iesu, atque internis doctrina eius semper requieuisse dicatur, ibi requiescens & per scrutans thesauros sapientie & scientie, qui reconditi erant in Christo.

Post ipsum paucis id verbis complectitur Abbas Rupertus, Dignus, inquit, fuit Ioannes de ipso sacro Dominici pectoris fonte diuinitate eius de Verbi, & aeterna potare secreta principij. Eodem sequitur eodē uem sensu B. Laurentius Iustinianus, sed verbis elegantioribus, & maiori eloquentia: per Apostrophem enim Ioannem compellās ita loquitur: Sapientie, inquit,

In Ioan. 13. *arcana Ioannes in pectore recumbens contemplando rimaris, curris per Angelos, discurris per Archangelos, ceterasque celestium spirituum legiones considerationis penna percurrendo rimaris. Tibi nunc panduntur indicibiles sapientie thesauri, tibi referantur per reuelationem sacra mysteria, &c.* Quid dici ad Ioannis laudes aut melius, aut elegantius, aut efficacius potest?

Lib. de agone Christi cap. 5. Ceterum nolite existimare, Auditores, docta hæc illustrium virorum de Ioanne præconia per hyperbolen aut ultra meritum euehendo esse dicta. Certissimum namque est di-

lectum hunc earumque discipulam, tam familiariter filij Dei pectori incumbentem ex hoc pectore incredibilem scientiam magnaque & infinita mysteria exfluxisse, & ex hac abyssu & purco sexcenta sapientie aeternae arcana hausisse. Primò, aeterna hinc generationis mysterium illi reuelatum fuit, de quo scripsit, *In principio erat uerbum.* Deinde iuxta **Ioan. 1.** sententiam Origenis, filij Dei cum Patre aeternitas. item relationum ac personalitatum ad inuicem distinctio, dum ait: *Uerbum erat apud Deum* Terrò, consubstantialitas, vel substantia ac naturæ inter Patrem ac Filium identitas, cum ait, *Deus erat Verbum.* Quarrò humanæ naturæ assumptio, dicendo, *Uerbum caro factum est.* Et postmodò **St. alius**, inquit sanctus Augustinus, *uolasset, totus mundus eum capere non potuisset* quin etiam nonnullorum opinio est diuinitatem ab eo essentiam tunc, cum super sacrum Redemptoris mundi pectus in cœna recubuit, conspectam esse.

Hoc equidem asserere non ausim, dicere tamen uelut quod si Dei filius aliàs Apostolis tanto cum affectu & honore dixerit, *Iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia omnia quaecumque audiuisti à Patre meo, nota feci uobis;* haud omnino a uero sit alienum, præter generalem illam cognitionem, quæ æqualis omnibus collata fuit, particularem quandam & maiorem Ioannidatam esse, cum inter reliquos Apostolos illi esset intimus, & carissimorum carissimus.

Si Apostolus Paulus ob suos ad usque tertium cœli raptus dicere non ausus est & potuit, *Audiui arcana uerba, quæ non licet homini loqui,* quæque aeterno digna sunt silentio inuolui. Multo maiori cum ratione credendum uideatur, S. Ioannem ad usque diuinitatis thronum penetrasse, ac personarum diuinarum originem, processiones, relationes, proprietates & notiones nouisse, audisse quoque & intellexisse maxima arcana cœlo reclusa, quæ, uti Paulus, aperire non modo est ausus, sed & scripto commisit, & uniuerso mundo patefecit.

Hoc eò dico confidentius, quod scriptum in Euangelio nouerim, ad omnium secretorum notitiam illum à Redemptore admissum esse, ad eò ut nihil illum celaret, quidquid demum etiam magis momenti & mirabile in mûdo aut fecerit, aut facere decreuerit. Passiois quidem

dem mysterium Matthæi 20. omnibus in genere Apostolis reuelatum fuit: sed transfigurationis tribus dumtaxat, quorum vnus Ioannes erat, Matth. 18. Resurrectionis patefactum non pluribus quam duobus, inter quos erat & Ioannes, Ioan. vi. sed Incarnationis soli illi fuit detectum, de quo mira & docuit & promulgauit, & scripto commisi. Hinc Origenes & Augustinus tradunt eum in Saluatoris sinu recumbentem in paradysum paradysorum raptum fuisse, SS. Trinitatis arcana vidisse, & Euangelij mirabilia haussisse, vti ipse testatur & proficitur gloriatus, cum scribit in epistola, *Quod fuit ab initio, quod vidimus.*

Origen. &
August. in
Ioan.

1. Ioan. 1.

Ioannes di-
ctus Theo-
logus per
excellentiã

Sublimis hæc & ineffabilis scientia, & mysteriorum diuinitatis & Ecclesiæ cognitio, in causa fuit, cur illi per excellentiam nomen Theologi inter omnes, qui de rebus sacris scripserunt, ab omnibus tribuatur. Ita eum appellat S. Dion. Areopag. in suis ad eum epistolis, Hippolytus Martyr orat. de seculi consummatione, S. Epiphanius hæresi 5. Sanctus Cyrillus Alexandrinus libro 3. de SS. Trinitate, Cyrillus verò Hierosolym. tanus catechesi 1. S. Athanasius orat. contra idola; Sanctus Ioannes Chrysostomus præfat. in Psalm. & alij plures, qui omnes per antonomasiam & magni honoris titulo ipsum Ecclesiæ Theologum nuncupant, quòd in terra nemo vnquam v. xerit, qui profundius in Theologiæ adyta & abyssos penetrarit, neu de Deo mysterijsque ad hanc scientiam pertinentibus disserterit aut audacius, aut verius.

Eisdem ob causas Damianus magnæ vir auctoritatis, & tam sanctitatis nomine, quam doctrinæ illustris, in libro, quem expressè de Ioannis composuit excellentiã, paradysum eum fluum nominat, aitque eum mente diuinitus illustrata incomprehensibilem diuinæ scientiæ sublimitatem magnitudinemque concepisse. Et est ipse, qui è corde Iesu Christi, velut è cœlesti quodam thesauro, & supernaturali repositorio ac penuario, in quo omnes scientiæ atque æternæ scientiæ monilia recondita erant, omnigenas opes deprompsit, & honesta quadam prodigalitate, in salutem totius orbis & omnium e nolumentum, dispersit, & nemini non communi- cauit.

S. Ioannes
appellatus
fluum pa-
radisi.

De ipso siquidem intelligendum, & ad i-

psius laudes referendum, quod apud Ecclesiasticum legimus, *Impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.* ipse enim inter omnes homines spiritu sapientiæ, & intellectus repletus fuit, ac de ipso dicendum, quod de Daniele dixit Baltassar filius Nabuchodonosoris, *Audiui de te, quoniam spiritum deorum habes, & scientia, intelligentia ac sapientia ampliores inuenta sunt in te.* Videte Auditores num hoc aptè in Ioannem nostrum quadrat, cum scientia, intelligentiaque, ac sapientia, alijsque similibus perfectionibus inter omnes mortales ac forsàn Angelos nemo illi fuerit secundus.

Plura de his loqui vereretur, nisi sententiæ huius fideiufiores haberem, certoque nossem, Sanctum Ioannem Chrysostomum illud ipsum ante me dixisse. Inuenio namque id scripto commississe ipsum, postquam sæpè illud pro concione apud Græcos suos docuisset, Angelos scilicet eius velut discipulos fuisse, multaque ab eo & ab Ecclesia de Christo mysteria didicisse. Ne quis verò quid obijciat, & velut falsitatis se conuincat, illis Pauli verbis ad Ephesios opinionem suam confirmat, *Vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro.*

Hoc igitur pacto dicere nobis licet, tam illud Angelorum, & cœli, quam hominum & Ecclesiæ doctorem fuisse. Vt enim illos mysteria edocuit, ita & hos veritatem, & aduersus hæreses digladiari. Primò aduersus infame Nicolaitarum dogma, in matrimonij dedecus asserentium, sceminas omnibus esse debere communes, scripsit secundum Apocalypseo caput; Ebionitarum blasphemias Christum Deum esse negantium, scripto iugulauit Euangelio; aduersus hæresin Cherinthi, qui Christum non nisi phantastica & imaginaria in carne apparuisse sustinebat, suas euulgauit epistolas. O illustrem doctorem, & vnum sanctissimum! Hic porro in eius laudibus commemorandis finem faciam, restat enim vt de cruciatibus eius & martyrio loquar, quibus secundam concionis partem destinaram, eam ergo iam aggrediamur.

Historiæ porro series hæc est. Cum longo post Redemptoris mortem tempore Ioannes Ephesi cruce & Euangelium prædicaret, Do-

Dan. 5.

Angeli
multa à Io-
anne didi-
cere myste-
ria.
D. Chryf.

Ephes. 3.

S. Ioannes
hominum
& Angelo-
rum doctor

V.

Ioannes in
seruatis oleum
inijcitur.

mittiani Imp. iurati Christianorum hostis iul-
 fu Romam euocatur, vbi iniqua iudicium fer-
 tentia, comam per summam ignominiam de-
 tonsus, & virgis caesus, ante portam Latinam
 in feruentis olei dolium iniicitur. Porro hæc
 capillorum detonsio duo magna & illustra de-
 notabat: Primò regiam in sacerdotio digni-
 tatem: ex Apocalypsi hoc eruere est: *Qui fecit*
nos Deo nostro Reges & Sacerdotes. Secundò
 perpetuum & inuolabilem Dei cultum & ob-
 sequium, cui iam inde ab adoleſcentia se dedi-
 carat, & à quo nullis cruciatibus dimouendus
 esset. Moris adhæc apud Romanos erat, vt de-
 tonderent eos, quos bello subigerent, deton-
 sosque deinde sub hasta venderent. Huius con-
 ſuetudinis meminit & Deuteronomium, *De*
captiuitate nudati inimicorum capitis. quia &
 in lege Moſis oues prius detondebantur, ante-
 quam in sacrificium macerarentur. Tertiò co-
 mam tonderi æquo animo passus est, vt testa-
 retur terrena se omnia ac mundana contem-
 nere & velut quisquilias abiicere, quibus iam
 inde ab ætate iuuenili renuntiarat: & sanè cri-
 nes vera vanitatum & rerum terrenarum tem-
 poraliumque sunt symbola. Quarta, in mili-
 tibus suis sequentes bello aptiores redderet & pugna, comam
 radi iussit. *Quinto, in contumeliam & fatuitatis probum, eos quippe*
mundus vt fatuos & insensatos explodit, qui
Christum sequuntur; atque eis stultitiam
affingit, qui Venerem, honorem, & opes ægli-
gunt & contemnunt. Ipse etiam Paulus huic
fuit contumeliæ expositus: omnium namque
Christum sequentium nomine ait, Nos stulti
propter Christum. sed è contra mundus ipse,
dum se sapere credit, stultescit ac desipit
quàm maximè; de quo idem scribit Apo-
stolus, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt,
Ecce.

Cur Ioānes detōsus, an-
 tequam in
 oleum ia-
 ceretur.
 Apoc. 5.

Deut. 32.

2. Cor.

Rom. 1.

Apoc. 1.

S. Ioannes ergo vt stultus habitus ab om-
 nibus, & irrisus, abiecti mancipij instar raditur,
 & oleo iniicitur. Hæc aliæque prætago didice-
 rat spiritu sibi euentura. Inter alias enim
 Apocalypſeos suæ visiones vidit filium Dei,
 cuius ab ore gladius anceps promicabat, &
 cuius pedes similes ardenti aurichalco, sub cui-
 us visiois ymbriſ hocce latet mysterium,

Apostoli siquidem pedes fuere Christi, atque
 hic denotabatur, omnes per tormenta, crucia-
 tus, tribulationes, quas ignis nomine, & for-
 nacis signare sacra Scriptura solet, Dominum
 sequi debuisse. Hæc alluſit S. Petrus, cum scri-
 beret: *Christus passus est pro nobis, vobis relin-*
quens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Ioannes ergo pedum Christi vnus in igne, S. Ioannes
 id est, feruens oleum mittitur. Quot verò mar-
 tyria, quamque varia hoc in mundo pertulit: tur marty-
 ria, Primùm in cruce, cui, Domino patiente, ipse
 intrepidus adstabat, & verisimile sit eadem il-
 lum in animo tulisse tormenta, quæ suo Re-
 demptorem amore dicere potuit, *Christo con-*
fixus sum cruci, quid de dilectissimo hoc disci-
pulo ardentissimoque Domini sui amatore
dicendum aut cogitandum, qui ipsa passionis
die cruci & patienti adstet? sanè credibile vi-
deatur, sicut magistri corpus cruci confixum
hærebat, ita & discipuli cor & animam ei affi-
xum fuisse.

Si vacra è terra Philistinum arcem in Israel
 transferentes præ dolore mugiebant, quòd à
 virulis suis sequeſtrarentur, quos domi in sta-
 bulis lactabant; vituli verò querulo mugitu
 & boatu matrum vbera exposcebant; quo di-
 scipulum hunc dilectissimum dolore crucia-
 tum putabitis: quibus cor eius angustijs lanci-
 natum? quas illum effudit lacrymas? quot
 anhelò è pectore traxisse suspiria? quot se-
 se cruciatus? quot plandus & lamenta edidisse?
 vbi à gloriosissima Virgine, quam in ma-
 trem selegerat, & à Iesu Christo, quem vt ami-
 cum, magistrum, ac patrem habebat, separa-
 tum se vidit?

Cum verò Ioannem in monte Caluarie
 sub cruce stantem contempletur Christo proxi-
 mum, videre videor illum Ionathæ armige-
 rum, dominum per rupium & montium in-
 uia, per prærupta saxorum, per præcipitia se-
 quentem, donec hostes omnes deleſſent, Iona-
 thas enim princeps manibus pedibusque re-
 pens ad montis verticem proſerpsit, vt inde
 hostem adoriretur; quem armiger eius ponè
 secutus est eiusdem animi & audaciæ: *Ascen-*
dit Ionathas manibus & pedibus reptans, &
armiger eius secutus est eum. Et ecce Iesus
 Christus auctora cœli terræque princeps, ma-
 nibus

nibus pedibusque connitens, in crucis fastigium conscendit, atque ibi mansit crucifixus. S. Ioannes fidelis & feruens famulus, qui nunquam ab eo deficiuerat, quam promptissime eum secutus est, & eidem confixus cruci inde tormenta, passionem, dolores & cruciatus illius contemplabatur.

Post primum hocce martyrium, quod animum eius adeo affligerat, nouum ecce hodie illi paratur, quo corpus eius torquentur, quando nimirum sine ulla compassione ac misericordia in bullientis olei immergitur dolium. Hecce Domitiani feritas memoriam mihi alicuius apud Ethnicos olim exercitatarum reficit. Thomiris regina Massagetarum cum ob filij sui necem efferscens & astuans vitionem meditaretur, tandem Cyrum ipsam Regem comprehendit, caputque illi præcisum dolio sanguine pleno immergit, dicens: *Bibe sanguinem quem sisti.* Ita & Romani pari feritate, & eodem aduersus Iesum Christum, quem Apostoli eius prædicabant & Ioannes imprimis, odio flagrantem, non caput eius dumtaxat, sed & corpus integrum in feruentis olei dolium coniecerunt. Parthi barbarie ac feritate pares, cum M. Crassum Rom. Imp. in potestate haberent, liquidum ori eius aurum infuderunt, idque per ludibrium & contumeliam, quod nimirum auri fame ac desiderio actus bellum hoc Parthicum suscipisset, quod eleganti illo disticho Poeta exprimit: *Dum petit Euphratem, fatis lacrymantibus, aurum,*

Quod sicut Crassus, moriens illo bibit.

Eadem credo crudelitate Ethnici indignati Christianis Deum ac Dominum esse, cui nomen Christus, id est, vnctus aut oleo factus, quemque Spiritu S. vnctum prædicabant Apostoli, nomenque eius esse velut oleum effusum, materiali eos oleo immergere & enecare voluere, & Ioannem nostrum imprimis. Sed barbariem Ethnicorum omitteutes, gratiores inde conceptus eliciamus.

VI. Victimis pacificis oleum addi volebat lex vetas, non verò ipsæ, quæ pro peccato offerebantur, quod nullam peccatori esse debeat gaudium, cuius oleum symbolum est & nota. S. Ioannis porrò martyrium verum fuit sacrificium, pacificum inquam, non autem peccatoris, eo quòd esset discipulus Domini carissi-

mus: hinc addi illi oleum oportuit, sed oleum lætitiæ & exultationis, quali filius Dei vnctus à Propheta dicitur: *Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Hinc *Psalm. 44.* in feruentis olei ahenum ante portam Latinam Romæ missus est.

Luctatores olim & athletæ, antequam luctam susciperent, oleo artus suos perungebāt, vt hoc pacto & vnguine conflictui pararetur. S. Ioannes, cum martyrio suo mundum, diabolum, ac tyrannos prouocasset in certamen, & hodie in arenam decertaturus descenderet, antè eum oleo non inungi modò, sed & immergi voluit Deus. Inter cetera, hæc tria oleum propria habet, coloribus decus & lumen addit, ignem fouet & alit, & medicum est, & plagas locaque affecta inungit. S. Ioannes ergo quoniam Ecclesiam illustrare, & fidei virtutumque Christianarum decus augere, velut Apostolus, ac verbo Dei populos pascere & alere, velut Euangelista & doctor, & moribus plagisque delinquentium vt Confessor menderi debebat; hinc eum Deus oleo inungi voluit, vt merito deinde illud *Psalmistæ* occinere posset, *Impinguasti Domine oleo non modò caput meum, sed & vniuersa corporis membra.*

Olim in veteri lege siquando Reges, Prophetæ, ac Pontifices initiarentur, aut inaugurarentur, oleo vngi ipsos mos erat, quod verò Ioannes nosset Euangelistarum futurus esset Rex, & Prophetarum primus, & inter Sacerdotum principes etiam numerandus; cum de ipso illud Ecclesiastici merito dici queat, *Ecco Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus;* hinc oleo vngi eum oportuit, non in manibus, aut capite dumtaxat, sed & per totum corpus, vt hæc omnium membrorum vnctione maxima gratia in anima eius communicatio declararetur.

Docent hoc ante me SS. Patres, & inprimis Magnus Gregorius, qui veteris conlectationis exponens ritus, ait, per oleum lenticulæ, i. vasculi cuiusdam exigui, quali scilicet inunctus est Saul, pauxillum gratiæ denotari: sed oleum in cornu, quale *1. Reg. 10* & *4. Reg. 1* legitur, illius signare copiam. Vnde hoc officio, si oleum, quo Reges olim, Sacerdotes, *1. Reg. 10.* & Prophetæ inungebantur, in lenticula aut *4. Reg. 1.* vasculo aliquo asseruatum paruum quoque denotat gratiam, in cornu verò magnam,

Olei tres proprietates.

Psalm. 22.

Reges, Prophetæ, & Pontifices olim vngebantur.

Super 1. Reg. 10. & in 1. Reg. 10. & in 4. Reg. 1. & in 1. Reg. 10. & in 4. Reg. 1.

certissimum esse, illud in vase aliquo capaci ac dolio infinitam propè significaturum, talem inquam, qualis Ioanni nostro collata fuit, scientiæ præsertim & doctrinæ.

Eccli. 9.
**Oleum sapien-
tiæ sym-
bolum.**
Inter pia Ecclesiastici consilia hoc potissimum demitor, *Omni tempore sint vestimenta tua candida; & oleum de capite tuo non deficiat.* Scio oleo hoc mysticè sapientiam declarari, quæ semper in capite nostro sit oportet, iuncto virtutum & bonorum operum candore & innocentia; sunt quippe hæ animæ vestes. Cum autem oleum hoc non de capite modo sancti huius viri, sed nec de corpore quidem toto defecerit, qualem animæ eius insedissee putabimus sapientiam?

Iob 29.
**Tobi adole-
scen-
tis pro-
speritas.**
Iob vitæ præteritæ prosperitatem & adolescentiæ benedictionem commemorans, inter alia hoc de eadem prædicat, *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Si in his suam beatitudinem sitam credebat Iob, maior sanè Ioannis nostri felicitas fuerit oportet, cum non petra, sed athena, vasa, doliaque non riuos, sed exundantes olei torrentes effuderint, quibus non pedes modo, sed vniuersum planè corpus noua quadam ratione abluit.

**Benedictio
Iacobo da-
ta.**
Isaac Patriarcha Iacobo datam benedictionem recensens apud Esau, ait: *Frumento, & vino, & oleo stabilii eum.* Tria in h. c. benedictione occurrunt, panis, vinum & oleum. Similem quoque à Redemptore benedictionem Ioannes noster recepit: frumento enim & vino stabilii eum, cum sacerdotem ipsum consecrauit, plena in corpus suum & sanguinem sub vtraque specie potestate data; hodie verò ante portam Latinam oleo eum stabiliiuit.

**S. Ioannes
imago oleo
picta.**
Egregiam & ad posteros futuramq; generationes transmittendam imaginem tabulamque depingere qui volens pictor, oleum coloribus permiscere solet, quò & lux tabulæ addatur, eiusque venustas & perfectio perstet diutius; communes verò tabulæ aqueis dumtaxat coloribus pinguntur. Ità planè & pictorum princeps Christus, Ioannem velut viuam vitæ suæ & morum imaginem, quæ diu in Ecclesia sua cõspiciatur, relicturus, oleo cum hodie depinxit, in oleo plenum vas ipsum immergens; reliqui autem Sanctorum, yti imagines vulgares hoc depictæ modo non sunt.

Denique vt Theologicè non nihil de illu-

stri hoc liquore, qui inter ceteros velut Rex quidam eminet, & alijs descenditibus supernat, loquam, ipsum in sacris literis video vt donorum ac charismatum cœlestium sacræque doctrinæ symbolum atque hieroglyphicum notari. Ita apud Ezechielem: *Et oleum meum, & thymiam meum posuisti coram eis.* & Osee 2. oleum & thymiamata in aris idolorum collocare, Sanctus Hieronymus tantumdem esse ait, ac donis Dei abuti, & doctrina sancta errores elicere, hereses confirmare, & ferro oleum in *Egyptum*, quod Osee 12. dicitur, est mysteria profanare, & scientias sacras & verbum Dei gentilibus fabulis, historijs, apophthegmatis, verbisque permiscere; quod vana quedam est Sapientia, per *oleum peccatoris*, quod in Psalmis, & apud Prophetam hunc legitur, adumbrata.

Cum ergo oleum verum esse verè sapientiæ symbolum, indubitatum sit, vt dextrum omen accipio, cum Ioannem hodie in oleum missum contemplor, doctrina semper illum ac sapientia reliquis sanctis, Apostolis, Doctoribus & Euangelistis præstiturum, cum olei oēs abundantia ac suppliciorum magnitudine superarit. De illo igitur verè dici Dauidicū illud potest: *Oleo sancto meo unxi eū.* Et si Prophetæ dicere licuerit, *Impinguasti in oleo caput meū: repetere Ioannes noster parodicè poterit: Impinguasti in oleo caput meū:* cum scilicet iniqua præsidis sententia in feruentis olei doium Romæ ante portam Latinam missus est.

Sed audite miraculum, notate prodigiū. ecce tibi cœlesti bonitate hominū terrenorū feritatem oppugnante, & Diuina prouidentia iniquitati Domitiani Imp se obijcente; Ioannes insons è barbaro hoc immaniq; cruciatu nullā refert noxā, integer ac sospes oleo egreditur, illæsus è conflictu redit, de que tyrannis, tormentis & cruciatibus triumphum agit. Huc alluisse videri queat Redemptor, cum Petro de Ioanne anxie inquirenti respondit, *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* quibus sanè verbis prædixisse videri queat, quod postea reuera contigit, scilicet ipsum post gloriosa aliorum Apostolorum martyria, ac triumphos cœlo receptos, diu illis superstitem fore, nec carnificis manu aut ferro moriturum.

Egregiam rei huius figuram Regum historia

2. Reg. 21.

ria suppeditabit. David cum è cruento ancipitique certamine domum redisset, duces eum ac tribuni hac oratione compellarunt: *Non egredieris amplius nobiscum in pralium, ne extinguas lucernam Israel.* Ita & cœlestis confistorium ac Parlamentum, viso Ioannem hodie è certamine reuerti, ipsum deinceps in cruentum martyrij contra tyrannos ac tortores certamen reuerti noluit, ne fortè Ecclesiæ totius deus ac lumen extingueretur.

Quod in libro Sapientie de Iacobo Patriarcha legitur, *Custodiui illum ab inimicis, & à seductoribus eruit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret;* non in scitè in Ioannem nostrum quadret: ipsum siquidem inter alios sexcentos Deus tam sedulo custodiuit, & à tyrannorum rabie, mortis impetu, & mundi huius illecebris tutatus est; illi quoque certamen forte hodie martyrij dedit, id est, feruentis huius olei cruciatus, ut victor inde emergeret, & gloriam sibi compararet.

In ipso igitur promissum illud Psalmi 90. adimpletum fuit, *Quoniam in me sperauit, liberabo eum, eripiam eum, & glorificabo eum.* prosperauit, & in Hebræo legitur, *quoniam me diligit, liberabo eum.* quod Apostolo huic nostro egregiè conuenit, qui quod Christum vnicè diligeret & complecteretur, à crudeli hoc supplicio per eum est ereptus.

Noluit porò Dominus dilectissimum suum in oleo perire, quòd supplicium hoc eius naturæ & qualitati ad eò contrarietur. Liquor namque hic multarum rerum est symbolum: primò diuinitatis, nam ut oleum numquam alijs commiscetur liquoribus, sed illis semper supernat; ita quoque diuinitas, quæ humanitati quidem vnita & coniuncta fuit, non tamen ei immista, uti symbolum Athanasij præfert, *non commixtione substantia, sed vnitate persona.* Cui ergo oleum sit Dei, in quo *vivimus, mouemur & sumus,* symbolum & nota, nefas sanè erat & indecens, id quo vita denoratur, mortem adferre illi, qui magno animi affectu Redemptoris ad se animum pertraxerat.

Fuit item oleum virginittatis symbolum, quòd alijs immisceri, permisceri que nequeat liquoribus: hinc ab adulterarum sacrificijs ipsū excludebatur. Hinc, quod virginittatis erat hieroglyphicum, mortis esse non debebat in

Bej. de Sanctis,

strumentum illi, qui toto vitæ tempore eam intactam illibatamque conseruasset. Has ergo ob causas illæsus conseruandus erat hic Apostolus, & à morte in olei dolio immunis custodiendus.

Huc egregiè facit, quod in Leuitico legitur Præcepit ibi Deus, ut qui sibi offerendi erant panes, azymi forent, oleoque delibuti ac conspersi: *Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano, de simila panes scilicet absq; fermento, conspersos oleo.* Denotatur hac sanctione, quòd quicumque se ab omni corruptionis fermento alienos Deo offerent, misericordè à impetraturos. Cum ergo Ioannes noster corpus animamque suam ab omni corruptione libera, & oleo conspersa Deo obtulisset, an non æquum rationique consonum erat, ut insigni cum misericordia illæsus hodie, & à morte in olei tormento immunis conseruaretur.

Hæc igitur magni huius miraculi series est: videre quoque, ut S hic Euangelista, sospes & victor è medijs supplicijs, è tortorum manibus, è feruenti ahenò emergens, Domitianum Imp perterrefaciat, Romam vniuersam percellat, Gentiles & idola ipsa confundat, naturam in stuporem, & neminem non in admirationè rapiat. Si mirabilis illa triū puerorū Hebræorū è fornace illa vasta, quæ Nabuchodonosor accenderat, sine vllò dāno liberatio vniuersos Babylonios, & inde omnes regni incolas in stuporem rapuit; similis ac non minus prodigiola Apostoli nostri ex olei feruentis dolio sine noxa ac læsione ereptio vniuersum Imperium Romanum, tyranni huius assecclas, simul quoque mortales omnes ingenti admiratione compleuit.


Vos porò Christiani auditores, qui in signe Laudes S. hoc miraculum admiramini magis, quæ o, Ioannis, illum obstupefcite, cuius in gratiam id factum est, vitam eius mente, animoque euoluite, animositatem eius in mundi vanitatibus iam inde ab adulescentia contemnendis perpendite, notate eius in Redemptore sequendo promptitudinem: sed in primis illam, quæ longè maiorem stuporem meretur, scientiæ ad mysteria comprehendenda profunditatem, item illam ad mirabilia intelligenda & inquirenda sapientiæ abyssum, incredibilem quoque dignitatem & eminentiam, quæ

Ec

& An.

& Angelos docere meruit, incomparabilem etiam ingenij ad omnia diuinitatis arcana penetrandam perspicaciam, aestuantem denique illum Deo seruiendi eiusque Ecclesie iuuandæ affectum.

Quis te porro non admiretur, orbis miraculum? ecquis non colat & suspiciat filij Dei delictum? quis non inuocet, & compellet inter coelites & beatos summe? Tu siquidem admiratione dignus es, cum te spiritus illi coelestes obstupuerint ac suspexerint, & magna quaedam & illustria te docente didicerint, cum denique scientia, sapientia, Philosophicis ac Theologicis disciplinis omnes omnino mortales antecellueris, honorem quoque & cultum mereris, cum eum tibi Angeli ipsi detulerint, tuos se collegas & conseruos confessi in Apocalypsi cum te Seruator orbis in amicum telegerit, eaque honoris & amoris erga te signa ostenderit, te ut suum super pectus & in gremio suauiter siuerit recumbere. Inprimis verò inuocandus es, quod sanctus ac beatus, ac Regi Regum sis carissimus, hodie quidem in coelis regnanti, ut olim inter mortales agenti. Te ergo omni quo possumus affectu, sanctissime Euangelista, inuocamus, nostras tibi deprecationes offerimus, & qua possumus animi conuentione compellamus: aures postulantis aperiri, supplicibus dexteram porrigere, preces nostras exaudire & praesta, ut te deprecante ex vita hac miserabili egressi in beatum alterius portum inuehi mereamur, ad quem vitæ nostræ cymbam dirigant Pater, Filius, ac Spiritus Paraclitus, Amen.



CONCIONES OCTO
IN FESTO VENERAB.
SACRAMENTI, ET PER
OCTAVAM.

PRIMUM MIRABILE.

De excellentia Sanctiss. huius Sacramenti.

Partitio.

- I. *Mysterium hoc credendum, non scrutandum.*
- II. *De varia V. Sacramenti excellentia.*
- III. *De titulis nonnullis panis Eucharistici.*
- IV. *De figuris eiusdem nonnullis.*
- V. *De amore sedantis in cibum ac potum.*
- VI. *De pacto fœdere amoris.*
- VII. *De retributione amoris mutui.*

Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, et sciam deo dicit timentibus se. Psal. 100.

FIGURA.

Formosa Rebecca gaudio & lætitia exultans vicinis suis & sodalibus monilia cimeliaque, quæ Isaac futurus sponfus, velut amoris pignus & matrimonij incundi arrhas miserat, ostendit. Cum quæ hodie per vniuersum Christianum orbem fiant contemplor, Ecclesia mihi idem ipsum videtur imitari: utpote quæ gaudens & exultans, pretiosum & egregium corporis & sanguinis Christi munus, quod dilectissimus illi sponfus, in amoris signum, & matrimonij confirmationem dedit, per vicos & plateas omnibus spectandum proponit & publicè circumfert.

Cum Arca Testamenti è monte Sion in pretiosum Salomonis templum deducta fuit, summo eam cultu & veneratione Sacerdotes & Leuitæ tulisse, Rex verò & omnis populus honore & reuerentia singulari eam profecuti dicuntur: imago aut verum potius prælagium fuit illius, quod hodie in Ecclesia Christiana

hæ-